

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

83

VIRO
ILLVSTRI ET MAGNIFICO
**BVR CARD O GOTTHELF
STRU VIO**
ICto

SERENISSIMORVM DVCVM SAXONIAE ERNESTINAE
PROSAPIAE ET SERENISSIMI MARGGRAVII BRANDEN-
BVRGO-CVLMBACENSIS CONSILARIO ETIAM AVLICO
DVCALI HISTORICO IVRIS AEQUE AC HISTO-
RIARVM PROFESSORI PVBLICO

PATRONO AC HOSPITI SVO SVMMA PIETATE
PROSECVENDO

AVSPICATIOREM SCEPTRORVM ACADE-
MICORVM TRADITIONEM

MORE SOLLEMNI

VIII EIDVS SEXTILIS

ANNO CHR. CICCCCCXX

PERACTAM

DEVOTISSIME DEMISSISSIME QVE
GRATVLATVR

IOANNES CHRISTOPHILVS FRIDERICI

IENAE EXSCRIPTVM
IN OFFICINA FICKELSCHERRIANA

A7

VIRGO
ILLUSTRI ET MAGNIFICO
BARTOLDO GOTTHILF
STRUAVI
IC TO
DELL'INIZIO MIA D'ACQUA & XONIAE RENESCIENCE
ACCALATA E' SOGGETTA A' CALORE DEL SOLE
BARTOLOMEO GOTTSCHELOVIO STAMMATE
DUCATI HERITARIO LIETTI APOAE VO HOTO
INTERA E' SOGGETTA A' CALORE
PATERNO E' DE' NOSTRI E' UNA SANTA PATRIS
TUTTOSENDO
ASPIRAZIONE SCHEDE
MIGRAVA TRADITIONEM
MOLTE SOLITUDINI
HABEBIT E' VITA E' VITIA
ANNUS CIRCA TERRICOSA
DECOLLEGIT HABET MULIERE
TOMA E' TERRICOSA
LITERATI



non ex parte, ita in locis et omnibus, ut minime
littere, tunc coniunctae, et tunc accessum ratione
la laeta officia habitationem, misericordie misere
dium illis de eis sicutissimum. De coniunctis munera per
ex parte omnia, quae eis iportant, operificie et pectori
misericordie conseruantes, tunc illis de lepros et pauperibus
tunc regimur mundorum dignitatem ad eum curas conve-

nientia
logicae sedes, vir illustris, et magni-
or, dum non cum suis beatitudinibus sine, cum illis
fieri. Accedit omnis tui tua, intelligentia, et omnino
in te collocatur, sapientiam; sed vos debet in
poco distinguitum ceteribus. Diversus et sic a de-
mum ratione modis potest tunc officio ratio quiesca-
deret. Pone enim interius ergo, ut diversitate dignitatis, et
simili pars, et rursum, dicitur breves est, ILLUSTRI

OMNINO postulasset, VIR ILLVSTRIS, et
MAGNIFICE, officii mei ratio, vt, cum ante
se mestre spatium fasces, et insignia academica, ex PA-
TRVM decreto, aplaudentibus, et congratulantibus
bonis omnibus fuscipiebas, et mea tenuitas singulatim
laetissimum, ac votis plenissimum animum TIBI decla-
rasset, votaque pia pro vita TVA, et felicitate nuncupasset.
Curatus autem illustris huius muneris, quod tunc hu-
meris TVIS, negotiis alias et grauissimis adsuets, impo-
ne-

COU

nebatur, mecum perpendens grauitatem, in eam, et si quid iudicare possum, non immerito iui sententiam, vt mihi esset persuassimum, vota, quae alias viris, de nobis summe meritis, debemus, magis sub abitu, quam sub auspiciis illustrium eiusmodi munerum esse exsoluenda. Namque tantis, immo ferme innumeris sollicitudinibus, assiduis laboribus, atque molestiis, tam splendidi et illustres honorum tituli, ac magnifica munera, nullo non tempore, fatentibus iis omnibus, qui illis praefuerunt, sunt coniuncta, vt hinc vices magnorum virorum, ad tanta officia admotorum, merito magis doleamus, quam illis de his gratulemur. E contraria autem parte, exantlatis omnibus his laboribus, oneribus, ac negotiis quasi concatenatis, iure illis de felici, et laudabiliter grauium munerum functione vota facimus conuenientia.

Ignosces itaque, VIR ILLVSTRIS, et MAGNIFICE, quod non cum aliis pergaudentibus tunc, cum illustris Academia omnia sua iura, insignia, ac ornamenta in TE collocabat, adparuerim ; sed vota debita in hocce distulerim tempus. Detinuit et me a demonstratione incumbentis mihi officii ratio supra adducta. Bene enim intelligebam, si quaedam epistola, etiam si leuis, et incompta, qualis praesens est, ILLVSTRI TVAE MAGNIFICENTIAE, eo quidem tempore, accepta et grata esse deberet, non votorum, sed solatii debere continere materiem. Ait haec plane meo aduersabantur scopo, qui nullus erat aliis, quam vt, non nisi rebus secundis ac prosperis, animuni ILLVSTRI, et MAGNIFICA AVCTORITATI TVAE obstrictissimum omnibus palam facerem, TIBI autem ex parte saltem declararem. Accedebat tam frequens, et insignis congratulantium, et vota nuncupantium numerus, qui tunc

con-

concurrebat, vt tempus, arctissimis iam interseptum limitibus, adeo TIBI consumeretur, vt plures adhuc cli- entes, die auspicali, felicissimum vountes regimen, nec audire, licet etiam voluisse, potuisses. Iam, VIR ILLVSTRIS, omnia illa obstacula, quae nuper nostri impeditabant propositi executionem, longissime remota conspicimus, ipsumque auspiciatissimum, quod praesens, tempus, de officio nostro nos admonet, quo minus vota diutius remoraremur.

Cogitanti vero meditantique mihi votorum horum materiem, succurrit vnamiae istius acclamatio- nis memoria, qua M. TVLLIVM CICERONEM, consu- latu decedentem, vniuersus populus Romanus ornauit, ac honorauit. Cum enim in concione, abiens magistratu, dicere a Tribuno plebis prohiberetur, quae constiterat, cumque is ipsi tantummodo, vt iuraret, per- mitteret, sine villa dubitatione iurauit, rem publicam atque urbem, sua vnius opera, esse saluam: ei populus Romanus vniuersus, illa in concione, non vnius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque, et qui- dem sine exemplo, donauit, cum tale eius iuriandum atque tantum iuratus ipse vna voce, et consensu, ipso CICERONE, in oratione in L. C. PISONEM testante, et DIONE CASSIO confirmante, adprobauit.

Neminem vnuquam fore existimo, VIR MAGNI- FICE, qui ea TE adficere audeat iniuria, quam CICERO- NI illatam fuisse antea diximus, vt TVAM ILLVSTREM MAGNIFICENTIAM, magistratu abeuntem, concionis habendae priuaret potestate. Ex longinquo etenim conspicio, quanta attentione, quantaque animi tranquillitate TE publice loquentem, omnes audiant. Nec ea abs TE, VIR ILLVSTRIS, praestanda sunt, quae olim a COSS. abeuntibus Romae praestari debuerunt, iusiui- ran-

randum intelligo, quod cum CICERO, omnes consulatu decedentes sollemnissime iurauerunt.

Litteris numirum proditum legimus, integra adhuc Romana re publica, et a binis suis coss. singulis annis, administrata, non tantum consulatus candidatos et designatos coss. quo in omnibus, pro virili, salutem rei publicae conseruare, iuuare, promouere, atque augere cum maxime studerent, sed et abeuntes, et iam consulares iureiurando fuisse adactos, ut praesente toto senatu, omnibusque ciuibus, testarentur, se nihil contra leges fecisse. Et hancce optimam, et laudabilem legem vbiuius fuisse impletam, non tantum CICERO suo comprobat exemplo, sed et eandem a TRAIANO, ab AVGUSTO, et CLAUDIO Coss. fuisse obseruatam, docent C. PLINIUS CAECILIVS SECUNDVS COS. in panegyrico, TRAIANO COS. dicto, et DIO CASSIVS in historiae Romanae fragmentis.

Noui equidem sanctum PATRVM academicorum concilium, membra sua, quae illustrioribus hisce exornant dignitatibus, ad eiusmodi iusiurandum neutriquam adigere, de quorum fide, et iustitiae studio abunde iam est instructum. Ponamus tamen interea talēm legem et in hoc illustri valere Athenaeo; quis verius, quis melius sanctissimam legum latarum custodiā, et obseruationem a se fuisse factam, quam ILLVSTRIS noster STRUVIVS, iureiurando confirmaret? Quem enim fugit deuotissima ILLIVS in DEVN pietas? Quem praeterit indefessus EIVS iustitiae, et aequitatis amor? Quis tandem summam, et longo tempore, et multa experientia, confirmatam prudentiam, quae in STRUVIO mirifice sese exerit, ignorat? qui bus integre existentibus nihil profecto, durante regimine academico, secunda vice ad votum gesto, VIR
ILLV-

ILLVSTRIS admittere potuit, quod cum legibus, et constitutionibus academicis, et quoad minimum, pugnaret.

Immo, nisi iam iurisiurandi VIRO ILLVSTRI gratia fuisset facta, verissime, et pulcerrime, idem illud ius iurandum dare, et interponere posset, quod olim senatus Romanus, incoantibus primoribus, vti refert C. CORNELIVS TACITVS, ex equestri ordine vir inclitus, et laudati COS. PLINII coaeius, in libris historiarum, concepit, quo certatim omnes magistratus, ceteri vt sententiam rogabantur, deos testes, more suo, aduocabant; nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus laederetur, neque se praemium, aut honorem, ex calamitate ciuium cepisse. Testimonium de veritate huius iurisiurandi totus Senatus academicus, et sua sponte, perhiberet, vnoque ore, aperte, et ingenue adfirmaret, ita ab ILLVSTRI TVA MAGNIFICENTIA consulatum academicum esse peractum, vt nihil sine consilio Senatus academici, nihil, non adprobantibus PATRIBVS academicis, egerit. Quin etiam ipsae ciuium acclamations moderati, iustique regiminis certissima esse possent testimonia.

Vnice ergo, VIR ILLVSTRIS, vnamiam et acclamationem, et congratulationem cum CIGERONE habes communem, qua omnes boni TE, magistratu abeuntem, prosequuntur. Certe tota Academia nostra non vnius diei gratulationem, sed vti antea, ita et de nouo, aeternitatem, et immortalitatem TIBI donat. Ad perpetuam TVI, et felicissimi, et iustissimi regiminis memoriam, in suis inscribet annalibus, quam sapienter, quam prudenter, et iuste, iam bis, tanto munere sis functus. Omnis etiam Senatus academicus, in longum tempus, de tam splendido membro gaudebit. Ciues, et post hanc, quam iam

iam agunt, aetatem, TE, VIR ILLVSTRIS, indulgentem patrem, et benignum monitorem, omnesque, qui, sub tuo regimine, in iudicio adparuerunt, et causas constituerunt, TE iustissimum iudicem, quam honorifice, extollent. Et sic quoque posteritas TVVM TIBI rependet decus.

Peragendis tandem peractis omnibus, depone iam, et hac vice, purpuram, trade sceptra, et insignia, remoue laurum ex aedibus, locumque, quem hactenus egregie tuitus es, relinque, et si DEO visum fuerit, breui tempore, saepeque numero, haecce omnia, laetanti animo, resume.

DEVS autem O. M. VIR ILLVSTRIS, animam TUAM sanctam seruet, corpus, laboribus maximis hactenus defatigatum, firmet, et TE, ad vota, bono Academiae, studiosae iuuentuti, TVIS, nobisque, incolumem, quam diutissime, interesse iubeat! Sis felicior AVO TWO materno, BVRCARDO BERLICHIO, serenissimi, potentissimique Saxoniae Electoris, quondam consiliario, de quo gloriatur Brisnitia mea, splendidissimo! Sis melior PARENTE TWO, sanctae memoriae, GEORGIO ADAMO STRUVIO, icto eminentissimo, et serenissimis, atque excelsissimis Saxoniae Ducibus, lineae Ernestinae, a sanctis ribus consiliis, coniunctissimo, illustri VIRO, et de iuris prudentia immortaliter merito!

Quod reliquum est, ILLVSTRIS TVAE MAGNIFICENTIAE benevolentiae duratae me commendando demississime. Vouebam in Academia IOANN-FRIDERICIANA, propter Salam, florentissima.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



VIRO
ILLVSTRI ET MAGNIFICO
BVRRCARDO GOTTHELF STRUVIO
ICTO

VM DVCVM SAXONIAE ERNESTINAE
SERENISSIMI MARGGRAVII BRANDEN-
BACENSIS CONSILIARIO ETIAM AVLICO
HISTORICO IVRIS AEQVE AC HISTO-
IARVM PROFESSORI PUBLICO

AC HOSPITI SVO SVMMA PIETATE
PROSECVENDO

OREM SCEPTRORVM ACADE-
CORVM TRADITIONEM

MORE SOLLEMNI

VIII EIDVS SEXTILIS

ANNO CHR. CICCCCCXX

PERACTAM

OTISSIME DEMISSISSIME QVE
GRATVLATVR

ES CHRISTOPHILVS FRIDERICI

IENAE EXSCRIPTVM

N OFFICINA FICKELSCHERRIANA

